

hol. gen.

730

Patrol. Semiot. ~~325.~~  
228.





METHODUS  
URINO-  
SCOPIÆ

*PER FACILIS AC  
PERSPICUA,*

Singularibus Theore-  
matibus inclusa, & Semi-Cen-  
turiâ circiter observationum pro-  
priae Praxeos confirmata; addi-  
tis quoq; aliorum Expe-  
rimentis.



*Consignata*

à

CONRADO HORLA-  
CHER, J. U. ac Med. Doct.  
& Cand. SS. Theo-  
logiæ, &c.

---

Ulmaë, Apud Georg. Wilhelmum  
Zühn/ANNO 1691.

*Medicin 37 85. 3200*

METHODS  
OF  
RECORDING  
THE  
RESULTS  
OF  
THE  
EXPERIMENTS  
ON  
THE  
EFFECTS  
OF  
THE  
VIBRATIONS  
OF  
THE  
EARTH  
DURING  
THE  
EARTHQUAKE  
OF  
1848  
BY  
CORNELIUS  
L. RICHARDS  
OF  
THE  
U. S. GEOLOGICAL  
SURVEY  
WASHINGTON  
1850



PRÆFATIO.

**N**egari non potest, Amice Lector! in URINOMANTIA sive Arte divinandi quævis contingentia in morbis, quæ contemplatione urine absolvitur, repositam esse maximam felicitatem ac infelicitatem: Medici: Scilicet eadem perspectâ & accuratè cognita, Praxis sterilis non erit, sed haud contemnendis premiis remunerabitur, quoscunq;: Si secus, ignominia ac damnum, quinimò egestatem reportabit, quisquis nempe ignorat eam. Fatendum quidem est, juxta cognitionem aut scrupulum lotii adhuc plura attendenda esse, & haud pauca præter Urino-

A 2

man.

*mantiam ad Pathologiam dexterrimè cognoscendam requiri: de quibus hâc vice ob brevitate præfixam nil dicam. Verùm enim verò, si Medicinam ex commodo ac famigeratissimâ nominis celebritate aestimemus, ceu hodie fieri solet, nobis haud obscurum erit, quâ ratione potissima pars ac prosperitas Medicine exinde dependeat; Nam vulgi iudicio is planè indoctus censebitur, qui Urinae significationes ac notitiam negligit, vel nescit; id verificatur quotidiana experientia: ac non inficiantur Practici primarii. Cùm igitur ad captum vulgi hâc in re accommodare se debeat, quisquis sua operâ proximo inservire cupit, præeunte hîc nobis ipso Deo in spiritualium rerum Symbolicis ac typicis præfigurationibus, (majora cum minoribus comparare liceat! quid obstat  
 quo*



quò minus etiam hoc faciamus in sedula ac accuratiori cognitione Medicina. Hinc necessarium erit cuiusvis Medico, Urinoscopiam probe novisse. Nec in hoc ipso (dum scilicet ad normam ejusdem plerumque examinare solet scientiam) prudentiam ac dexteritatem Medici, errat iudicium Vulgi, modò mediam teneat viam, ac non omnia, sed saltem præcipua morborum accidentia inde discere aveat. Certum sanè est, non esse fidendum uni signo, solitarie spectato, uti communis ferè Medicorum sententia docet, ceteroquin autem in propatulo est, Urinam indicare Morbi essentiam, effectus, ac circumstantias, id quod ex præsentibus Tr. per 50. circiter observ. hinc inde dispersas, luculenter patescit, hoc vero in capite haud infima pars Medicinae Practicæ fundatur atq; sita

est, quippe notissimum, efficacissima  
 alias Medicamenta frustra adhi-  
 beri ac in usum vocari, morbi radice  
 haud perspecta: causâ enim non sub-  
 latâ non tollitur morbus, utpotè effe-  
 ctus. Nec suffragia Medicorum  
 celeberrimorum hîc desunt, quæ  
 propter pagellarum angustiam, &  
 vitanda inuicilis ac superflua curio-  
 sitatis, ea auctoritatibus corrobo-  
 randi, quæ per se parent, (quod viti-  
 um, hodiè haud insolitum,) gratiâ,  
 prætereunda ac tacenda esse duxi:  
 Statim accingens me ad opusculi  
 presentis elaborationem, quam  
 TER OPT. MAXIMUM NUMEN suâ  
 dignetur Gratiâ ac Benedictione, ut  
 dirigatur in sui nominis gloriam  
 majorem, (quæ proculdubio illustra-  
 tur etiam exilium rerum investiga-  
 tione, & levis cespes juxtâ criticissi-  
 mum illud, probat esse Deum, ejus q.  
 sum

summam patefacit Misericordiam,  
 &c.) ac proximi emolumentum, ut  
 nempe hoc ipsum augeatur accura-  
 tiori cognitione morborum ex URI-  
 NOSCOPIA, sicq; plurimi agroti nun-  
 quam praeposterè curabuntur, uti  
 fieri solet, sed eò feliciter ac citius li-  
 berabuntur, ac reconualescent, quò  
 magis URINOSCOPIA excoletur,  
 FIAT! FIAT! FIAT! sed propero ad  
 Rem, amicè rogitans, ut equus lector  
 eadem mentis ingenuitate, qua scri-  
 pta sunt, omnia accipiat: ac brevi-  
 tati temporis, minus accuratam tri-  
 buat elaborationem.





## Caput I.

**N**Ominis Evolutionem  
 proponere jam nolo, ma-  
 gis intentus Realibus,  
 quàm inutilibus logoma-  
 chiis ac tricis, nec necessarium erit ea  
 hic tradere, quæ ad præfixi scopi li-  
 mites haud collimant, sed tanquam  
 impertinentia ad Grammaticorum  
 Scholas ableganda sunt. Progre-  
 dior itaque ad ea, quæ debitâ soler-  
 tiâ examinanda, ac impigro dignissi-  
 ma sunt scrutiniô: Quapropter Uri-  
 noscopiæ Divisionem in GENERA-  
 LIA ac SPECIALIA theoremata  
 haud ineptam fore ratus, statim or-  
 dior ab examine Essentiæ vel intrin-  
 secæ constitutionis urinosi liquoris:  
 Esse verò excrementum, ab alimen-  
 tariis portionibus chyli sejunctum,  
 (quæ separatio per fermentum fellis  
 quod, sicuti de animalium Bilenô-  
 tum,

tum,

tum, resolvit excrescentias carno-  
 fas, Oculorum albugines, utpotè sal-  
 sum, ac ideò resolutivum, prout Sali-  
 um efficacia operatur, fieri solet: hoc  
 namq; aciditatem succi alimentarij  
 è stomacho in duodenum delapsi sta-  
 tim commutat in salsum, hinc exor-  
 bitante digestionè ac separatione  
 Chyli, salia convenienter resoluta  
 succurrunt agrotis, & propter false-  
 dinem evenire solet ordinaria exsti-  
 mulatio intestinorum, ceu alibi plu-  
 ribus evincetur, factâ hâc transmu-  
 ratione aquosior chyli pars in simul  
 à meliore segregatur, ac postmodum  
 à Renibus trahitur, ibique ulterius e-  
 laboratur) manifestum est, hâc enim  
 de causâ, ceu inutilis humor, effun-  
 ditur ac excernitur à Natura, qui-  
 pè nutrire nequit, nec corpus huma-  
 num inde augeri potest, hinc diutiùs  
 retenta, quàm par est, plus incom-  
 modi, quàm commodi affert, quod  
 tamen sanguis lac, chylus, & ejusmo-  
 di alia minimè facere solent: nam e-  
 gr. sanguis nunquam suâ abundan-

A. S. tiâ.

diâ, si rem rectè pensitemus, nec falsam pro vera causa venditemus, nocet; quippè vel in alimentum microcosmi convertitur, vel per poros si iners, ac ineptus ejicitur ac eliminatur: Multò minus intumescentiâ aliquâ aut mole plethoricâ molestus est, si quidem graciles plus habent sanguinis obesis, prout Wedelius Part. V. Sect. 2. Theorem. Med. §. 16. suffragante quoque experientia aliorum, tradit: Urina verò perpetuò fermè nisu excretionem sui efflagitat, ac longiori temporis spatio, quàm aliàs fieri solet, externò vel internò suppressa vitio, varia ac periculosa, quin imò sumò dolore affligètia procreat symptomata, quæ heic enarrare super sedeo, cū in vulgus nota sint, & passim percrebuerit stranguriæ, ut saltem unicum adducam, atrocitas summaque vehementia. Ex hisce liquet, serum (nam Salsedine manifestâ caret, alias omnis Sanguis, etiam sanorum venas roderet ac vellicaret) sanguinis maximè differre ab Urina, nec hanc per illud constitui, prout ve-

teres docuere. Jam de hinc pro-  
 hitur præfens investigatio falis hu-  
 jus, cujus occasione ac vi prædicta  
 accidentia morbida proveniunt,  
 nam acida sensationem maximopere  
 vexant, sicque doloris causam suppe-  
 ditant, convulsionem nempe, ac con-  
 tractionem Spiritus sensitivi turbu-  
 lentam, id quod vel unico narium  
 exemplo ostendere liceat, his enim  
 si acidum instillaveris vehementer  
 convellentur. *Ad ulterius scrutini-  
 um hujus Rei.* Equidem Urinæ in-  
 esse salinam essentiam (quam mu-  
 tuatur non à cibis aut potu, etsi enim  
 plane nullò vescamur sale, Urina ta-  
 men erit salsa, sed à FELLE, quod  
 proprietates salinas veras habet,  
 nam resolvit palpebrarum cicatrices,  
 Ungulas, ac scabritiem cutaneam, &  
 penetrat claustra uteri, solent etiam  
 omnia ferè amara, prout itidem ex  
 effectibus eorundem patet, salinæ  
 naturæ haud pauca vestigia de se  
 spirare, ac sæpiùs manifestare: e. gr.  
 præservant à putredine, aciditatem

dolorificam absorbent atque tollunt, excrementa protrudunt, uti (salsa,) patet, tùm ex immunitate corruptionis ac putredinis, hanc averruncare ac avertere potest aliquantisper, atq; tamdiu, quamdiu dictus ille spiritus salinus, utpotè ob defectum solidi ac conclusi undique, aut crassioris corporis & domicilii adhuc volatilis, non evolaverit, ac discesserit. Deinceps Salsedo Urinæ ex aciditate sua non parùm elucescit, quæ aciditas, quia in sanis temperata, ac blanda, dum nempe stomachicum non exorbitat acidum, nō tam manifesta de se prodit indicia, quàm in superiùs indigitata stranguria: Nihilominus exstimulando expultricem Vesicæ, ac sui exitum promovendo, & irritando suam indolem  $\ominus$ linam abundè innuit. Pluribus alijs, ac ab intima corporis humani Oeconomia, in varijs fermenti duplicis principalis operationibus fundatâ, desumptis argumentis, quoque posset stabiliri Salsedo.

Sedo.



sedo ejus, de quibus alibi  $\sigma\upsilon\nu$  Θεῶ  
acturus, hâc vice prolixus esse nolo.

Post hanc considerâda est Tinctura  
Urinæ, unde nimirum varii ejus co-  
lores, qui ob notabilem & haud con-  
temnendas significationes altiori in-  
dagine digni, descendant? antequam  
verò huc animi oculos convertam,  
indaganda sunt quædam necessaria  
præsupposita, ac adjuncta. Etenim  
certum est, Nubeculam ab acido gigni,  
quia albus color (non quivis, sed  
qui peculiaris, aut proprius est Nube-  
culæ, vel huic consimilis,] ab acido  
deducitur teste Experimentiâ creberri-  
mâ, Albedine enim resplendent  $\Theta$ lia,  
Nitrum, quod ex  $\Theta$ le urinæ bruto-  
rum oritur,  $\Theta$  commune, Alumen,  
&c. albedine itidem tincta sunt, quæ-  
cunque fermentantur, alba quoque  
sunt ea, quæ potestate acidorum com-  
minuuntur, corroduuntur, ac in varias  
disgregantur partes. Saliva etiam,  
quæ juxtâ Recentiorum quorundam  
Placita à ventriculi acido singulari

A. 7

dima-

dimanare creditur, albedine non ca-  
 ret. Sic porro sæpius observatum fu-  
 isse memini, & ipsemet observavi cre-  
 berrimè, prout in seqq. rationibus ac  
 Experientia demonstrabitur, quod  
 sedimentum candidum, ac spissum si-  
 gnificaverit Abundantiam Acidi  
 præternat: quod varios progenerat  
 dolores, cum igitur in aprico sit, al-  
 bedinem aut potius pallidum urinæ  
 colorem præsentiam aciditatis cor-  
 rosivæ, ac morbosis doloribus miserè  
 excruciantis detegere, pronò, sicuti  
 proverbialiter dicitur, hinc alveo  
 fluit, urinæ statum naturalem neces-  
 sariò requirere Tincturam coloran-  
 tem illam, quippè eà commodè care-  
 re nequit, & ejus expers varia profer-  
 re solet incommoda, ac onera, cor-  
 pus humanum maximoperè affligē-  
 tia. Proinde sanorum urina suā au-  
 reā flavedine, cui laudabilis consi-  
 stentia jungitur, nunquam carebit,  
 ac tamdiu invariata perdurat, &  
 conspicitur, quamdiu suos limites  
 NON

non excedit Spiritus Vitæ; Sanè ex-  
emplò recessûs sui à debita Symme-  
tria ac Harmonia actionum per mu-  
tationem coloris urinæ nativî offen-  
dit, etsi vel levissimus sit: hinc cum  
aurea flavedine exigua  $\nabla$  fitas, ac  
turbulenta materia statim commi-  
scetur, teste oculari experienciâ,  
quamprimum digestionem vel leviter  
erraverint, ut igitur exactissimè, non  
verò perfunctoriè, ex urina dignosci  
queant mutationes ac alterationes  
Naturæ: quæ nimirum ne minimum  
quidem tolerat aut sustinet, nec salvâ  
suâ integritate tolerare potest impe-  
dimentum actionum suarum, nec  
exilem & levem spinam intrâ sua ho-  
spitia detineri patitur, ceu vel levio-  
ris vulneris digiti unius exemplò pa-  
tet, sed quamprimùm tale adest obsta-  
culum, aut exiguum saltem nocu-  
mentum parit, confestim alteratur in-  
de Archeus Vitalis, ac effectibus vari-  
is perturbationem suam non obscure  
prodit. Pergo autem ad ulterius  
scru-

scrutinium prædictæ Tincturæ: ab antiquis & nonnullis recentioribus statuitur, è Bile derivandam esse: Helmontius verò passim inculcat à scoriis stercoreis per intestinum rectum aliàs, & ultimò quidem excernendis, ac exeuntibus tingi urinam, id quod manifestè demonstratur, simulque solidè refellitur contraria quorundam, utut haud paucorum: (sed communis Error non facit Jus: prout Jcti. concludunt, nec veritas ex Authoritate dependet, quia sæpiùs grus gruem sequitur copiosò agmine, quod tamen nimis servile & creberrimè errores peperit,) sententia: exemplò Ictericorum, his enim excrementa alvi minùs tincta ac quasi cinerea plerumque excernuntur, urinæ verò flavissimæ, hincque crocæ, unde liquet, quò ex fonte scaturiat flavedo Urinæ, utpotè color semper eidem familiaris in statu nativo, nempè è quisquiliis stercoreis; indubium enim est, flavedinem excrementis

men-

mentitiam tunc totum corporis ambitum exteriùs inficere ac tingere: sicque per inconſuetas abire vias in exteriorem machinæ humanæ ſuperficiem: quod dum fit, facile augetur flavedo urinæ: Vias autem easdem, quas in ſtatu naturali, ſervare hanc, ut exceptionibus quorundam occurratur, clariffimè oftenditur accuratiori ac ulteriori examine Ictericis: Certè ictericis non alia eſt conſtitutio viarum, aut ductuum, quàm ſanis, nec novæ viæ ibi oriuntur, nec perverſæ, ac planè inſuetæ frequentantur, ubi non obvenit morbus ex vicioſo ſitu partium: nam in ictero nil tale obſervatur; Nec Natura facile obliſcitur ductuum ſuorum, neque alios effingit, ſed in moribus quoque conſueta attendit, quantum poſſibile, itinera, ſanè non planè deviat, utut aliquatenùs exorbitet. Obſtructi quidem ſunt quandoque in ictericis meatûs, per quos excrementa alvi duci ſolent, ſed non tantâ

tem-

temporis diuturnitate occlusi perdurant, quanta sufficeret ad insolitarum ac prorsus monstrosarum viarum electionem ac perquisitionem coactam: tamdiu enim Natura utitur viis ordinariis, quamdiu totalis perturbatio abdominis abest. At verò, si potestas vitalis; excretioni dicata, extinguatur, aut enervatur, tunc intestina haud amplius apta sunt, ac imparia, muneri ac officio suo sustinendo. Id quod demùm in semimortuis ac ferè omni vitâ per morbificum virus privatis, e. gr. in Volvulo, quando nimirùm fæces alvi per os ejiciuntur, non verò in ictero, contingere solet. Cæteroquin Color qui magis inclinatur ad flavedinem stercoream, quàm biliosam, utpotè magis tinctam quàm hæc & Spagyricû Examina satis clarè evincunt, urinam tingi à stercore, & ex sapore Canibus, aliisque animalibus non ingrato id ipsum luculenter colligitur, simulque evincitur, contrariam sententiam falsis superstrui

perstrui fundamentis, accedit fœtor  
urinæ excrementitius, qui quoque  
hac de re testatur: præter quinque  
has levi quasi penicillo adumbratas  
rationes demonstrativas vicinitas  
viarum, per quas utrumque segrega-  
tur excrementum, peculiariter atten-  
denda, quæ adeò arctò jungitur vin-  
culò ac nexu, ut hoc illius, & illud  
hujus culpam vicissim & reciprocè  
luat: vel unicò musculi sphincteris  
exemplò id ostendi potest: is si fue-  
rit leviter vulneratus, vel aliò læsus  
modò, intestina immediatè, statim,  
ac maximò compatiuntur dolore &  
obstructiones alvi, tenesmus, &c.  
haud rarò exinde emergunt, veluti  
Praxis sæpiùs edocuit me aliosque:  
Sphincter verò est musculus circula-  
ris vesicæ urinariam suò complectens  
ambitu parsque necessaria ad excre-  
tionem lotii. Ex his verò & aliis pa-  
tet veritas hujus asserti, quod supra  
propositum: Urinam videlicet colo-  
rem suum, quem exhibet oculis inspi-  
cien-

cientium, à fæcibus alvi, mutuari, non à bile: quod Magnus ille J. B. Helmontius in Tr. Humoristarum Passiva Deceptio in scripto, c. 4. n. 9. & seqq. corroborat pluribus argumentis: Provocare quoque possem, ulterioris demonstrationis gratiâ, ad insufficientiam Bilis, quippè vesicula fellea exiguò suò spatiò tantum fellis non continet, quantum ad tingendam tantam liquoris copiam sufficeret, nec regenerari posse semel ac totaliter effusam, solidè probatum unquam fuit, porrò ad pallidas Cachecticorum ac Lithiasi in primis laborantium, Bile verò ne utiquam carentium, Urinas, quæ scilicet omni ferè tincturâ carent. Quinimò plurima possent adduci rationum pondera, prædictam sententiam abundè ac nervosè stabilientia: sed sufficiant hæc hæc vice; Errat quoque Fr. Zypæus, dum in Fundam. Med. Physico Anatom 1683. editis, p. m. 322. statuit Calorem esse causam Coloris in Urinis: sanè



fanè  $\Delta$  nullum cuiquam rei tribuere potest colorem, nec urina, etsi millies cocta colorata evadit per calorem, si pallida, & color sæpius destruitur à calore. Nunc ad alia me converto, transitum faciens ad colorum significationem generalem, specialis sequetur infrà.



## Caput II.

**P**RO meliori dilucidatione ac declaratione significationis Urinæ colorum generalis, in limine hîc notandum esse cenleo, quòd contemplatio Circuli Urinæ, superiùs semper in lotio conspicui, (nisi sit turbidum, aut per oleum, vel alia consimilia priùs in vitro asservata defœdatum nam reliquiæ olei & similium non tam facilè aquâ elui possunt, prout cætera,) magni momenti, quinimò maximæ necessitatis res sit in dignoscendis genuinis coloribus urinæ:  
nam

nam ex reliquo urinæ corpore, non tam benè cognosci possunt, quàm ex circulo, quia color per totam resplendens Urinam subinde fallere solet aciem oculorum, variasque facilimè experitur patiturque mutationes in aëre, & occasione aliorum externorum accidentium, quæ quoque præcaveri nequeunt. Circulus autem semper invariatus perstat, & magis huic fidendum, quàm reliquæ urinosi liquoris substantiæ, modò, ut ante dictum, urina non sit turbida, sed convenienter defœcata, nam in causo, five febre ardenti, Phtisi, Hydrope Ascite, &c. ut plurimum non est perturbata totaliter. Negandum verò non est, conjunctam considerationem reliquarum Urinæ partium, contemplationem circuli urinosi magis illustrare, confirmare, ac cognitionem augere; Etsi hujus sollicita inspectio majori cum fructu fiat, ac præfagia & cognitio morborum inde hausta majori nitantur certitudine.

Per;

Perlustratō. circulo erit eru-  
 enda generalis colorum urinæ dif-  
 ferentia, quoad varias nempe, quæ in-  
 de fluunt, significationes: Majoris  
 evidentiae gratiâ, ac ut ordinis præfi-  
 xi limites non transgrediar, annoto  
 succinctè, quòd nubecula, quæ etiam  
 in superiori parte lotii sicuti circu-  
 lus, conspicitur, indicet digestionem  
 stomachi adhuc esse salvam ac inco-  
 lumem, quoniam ab acido ventriculi  
 specifico progignitur, quod ex supe-  
 rioribus, quæ hîc repetere nolo, olu-  
 cescit, ac ex cerevisiæ acescentis ali-  
 quatenus alba spuma cuius ferè in-  
 notescit, quia verò circa ægrotorum  
 ac minùs rectè valentium urinas quæ  
 singulæ nubeculâ carent, (si rem a-  
 curatè examinemus) teste experien-  
 tiâ frequentiori, versantur præsentis  
 meditationes: progredior sine am-  
 bagibus ad suprâindigitatam gene-  
 ralem colorum notitiam; non absre  
 itaque erit jam subnectere Regulam,  
 quam in discrimine urinarum, &  
 digno-

dignoscendis ex urina morbis peculiari-  
 liariter attendendam esse, moneo ex  
 famigeratissimi HELMONTII in  
 Tr. Humoristarum Passiva Deceptio  
 dicto, C.IV. n. 27. & 28. Quoties fer-  
 mentum folliculi, sive visceris fellis,  
 inquit, pessundat stomachi fermentum,  
 atque pylorum vitiat, toties di-  
 gestionis cruditas, ad eoque & loti-  
 um absque nubecula est, in stomacho  
 etiam est subinde amaror, ab errante  
 Digestione, ejusmodi recrementum  
 parturiente, si autem visceris illius  
 fermentum supplantatur, est urinæ  
 sedimentum crassum & album, nec  
 unquam absque stranguria. Dum  
 autem hepatis fermentum nimium  
 superat stomachi, & fellis activita-  
 tes, sedimentum in urina turbida  
 & fulva, quasi optaret sanguificari,  
 quod isti destinationi est ineptum.  
 Rubeum autem sedimentum in urina fla-  
 va, quodque per ignis calorem facile  
 liquefcit, denotat fermentum hepa-  
 tis peregrinò impedimento exaspera-  
 ri.

ri.

ti. Haftenus citatus Autor ex quo  
 optare licet, quid albedo, de qua an-  
 terea alia ac ulteriora hujus rei docu-  
 menta proferebam, quidvè fulvus  
 color urinæ generatim significant.  
 Deinceps adjungendum esse censeo  
 monitum ejusdem Authoris, pariter  
 notatu dignissimum, quod habetur  
 in cap. 4. Tr. de Lithiasi n. 20. & n. 21.  
 Defectu nempe fermenti fellei, ait,  
 minus tinctæ urinæ fenum ac puero-  
 rum, unde liquet, universalia quo-  
 que dari signa ætatis senilis ac pueri-  
 lis, quæ inter generalia Urinoscopiæ  
 theoremata meritò referuntur, cum  
 ad quamlibet ferme ægrotorum clas-  
 sem spectent. Utrumque vero Axio-  
 ma, quod hinc generatim traditum  
 fuit, verificatur quotidianâ praxi;  
 quæ adhuc plura suggerit hujus rei  
 testimonia, amplioremq; & uberio-  
 rem Doctrinam in cognitione uri-  
 næ suppeditat, constat enim mihi ex-  
 perientiâ, quòd præter inopiam Tin-  
 cturæ Urinosi liquoris, etiam color

B

sub

sub viridis, ac flavedo pallida atque  
 livida, ad albedinem nempe incli-  
 nans, ætatem teneriorem, ac puber-  
 tatis ferè limitibus circumscriptam  
 indicent, id quod pluribus experi-  
 mentis probare possum; Senum verò  
 urinæ plerumque albedinem, è plu-  
 rima visitate effulgentem, similem  
 colori phlegmatico ac mucido, præ-  
 se ferunt, sicque manifestissimè dete-  
 gunt magnam imbecillitatem sto-  
 machi, in hac ætate plerumque ob-  
 servari solitam. Denique generaliter  
 de urinarum significatione dis-  
 quirenti occurrit differentia virilis  
 ac muliebris urinæ, quæ eruitur dili-  
 genti inspectione albedinis, in mulie-  
 bri urinæ plerumque conspicuæ:  
 quamobrem celeberrimus FERNE-  
 LIUS de Urinis l. 3. p. m. 444. (parte  
 primâ opusculorum suorum) colo-  
 rem ex albo livescentem in urinæ mu-  
 lierum potissimum videri, testatur, ac  
 per hunc muliebres à virili urinæ,  
 non exclusis tamen aliis signis è con-  
 sisten-

sistentia s. desumptis, (de quibus in-  
 frà,) discriminari vult. Equidem  
 crebriores observationes edocuerunt  
 me, quòd color albicans, (non planè  
 albus,) fit index fæminini sexus in  
 Urinoscopia, attamen probè notan-  
 dum, quandoque aliqualem tantùm  
 ac exiguam albedinem conspici,  
 quippè flavedine multâ mixtam, ac  
 quasi tectam, ut adeò cautè hîc sit  
 procedendum, nec perfunctoriè in-  
 spicienda urina, quod dum facimus,  
 juxtâ circulum, aut, si urina planè  
 perturbata, in media ac suprema ejus  
 parte, animadverti potest albicans  
 color, exiguis saltem reflexionibus  
 manifestus, qui interdum magis simi-  
 lis  $\nabla$  sitati, sicque potiùs coloris ab-  
 sentiam, quàm præsentiam indicat,  
 consultius itaque est, ut minùs exer-  
 citati Medici juxta prædictum colo-  
 rem, (muliebris sexûs notam,) confi-  
 stentiam crassiorem ac turbidam, de  
 qua in proximè seqq. agam, atten-  
 dant, ac observare allaborent: Viri-

B. 2.

lis.

lis Urinæ dignoscendæ ratio ex contraria dispositione, nimirum tenuitate pellucidâ ac ferena, ac in primis ex intensione flavedinis, auctiorique colore, satis convenienter petitur, ac depromitur. Videmus enim in viris non tam multas impuritates reperiri, quàm in mulieribus, hinc magis serena, clara, ac defœcata ipsorum redditur urina, quia majori robore caloris vitalis, qui facilius subjugare potest excrementa, ac concoquere cruditates, (neque externus tam potens est,) gaudent, quàm mulieres, ut alia hâc vice taceam.



### Caput III.

**P**Ræmissis modò hisce, quæ ad colorum urinæ significationem *ὡς ἐν γένηι* elucidandam necessaria erant, ordo jam postulat, ut notitia morborum aliorumque effectuum singularium, quæ ex Urinæ  
COR-



consistentia petitur, paucis delineetur: Sanè crassities ac tenuitas lottii frustranea haud sunt oculorum objecta, nec suâ utilitate in Semiologia destituuntur: Crassæ namque sunt experienciâ suffragante, urinæ sexûs fœminei, turbidæ, obscuræ, minus splendidæ, est nimirum in iis notabilis aliqualis impuritatum colluvies, vel major, vel minor, pro subiectorum diversitate, quia in mulieribus copiosior excrementorum saburra quàm in viris invenitur: viri enim carent uterò, nec purgantur, quòvis spatiò menstruò, neque ita proclivis est eorum natura ad mutationes, seu fœminarum.

E contrà verò tenues urinæ excernuntur à masculis, serenæ, splendidæ, cum Circulo evidentiori (quàm aliàs,) aliquando conjunctæ, oculorum lumini facile perviæ, est nimirum iis major integritas Spirituum, majusque robur calidi innati, hinc agiliores ac aptiores sunt ad quævis

B 3

per-

peragenda munia, nec ita debiles, ut  
 foeminae, caeteris verò paribus ac ritè  
 se habentibus, in quantum extranea  
 videlicet non obstant impedimenta.  
 Hoc tamen notandum est, in sexu  
 muliebri talia quoque reperiri sub-  
 jecta, quæ naturæ bonitate ac robore  
 nulli cedunt viro, ideoque urina qua-  
 rundam vix discrepare videtur, à vi-  
 rili, nisi aliqualis obscuritas coexi-  
 stens attendatur, ea verò inter raras,  
 uti proverbialiter loquimur, aves &  
 singularia exempla, quorum nulla  
 est scientia, haud immeritò conu-  
 merantur, quocircà non alià de cau-  
 sâ hîc commemoranda esse duxi,  
 quàm ut sint exceptionis loco, & Re-  
 gulam proximè tactam, atq; dictam  
 limitent.

Unde verò crassitias ac tenuitas  
 Urinae descendant, jam est dispicien-  
 dum, (quoniam verò liquet apertissi-  
 mè, quòd Lotium TURBIDUM visa-  
 tur in Calculosis, teste Helmontiò  
 Tr. de Lithiasi cap. 6. n. 20. sicque  
 spissa

spissa urinæ substantia, consentiente  
 quoque Experimentiâ, lithiasis præsen-  
 tiam manifestet, non verò arenula-  
 rum urinosarum præsentia hoc de-  
 fungitur, ceu quidam opinantur, sed  
 erroneè, nam sanorum quoque Uri-  
 na, si per aliquod temporis spati-  
 um in matula asservata, ac postea  
 transcolata fuerit, exhibet tales are-  
 nulas, quæ morâ temporis nempe  
 magis conspicuæ evaserunt, quòd  
 ὡς ἐν παραδείῳ paucis monendum  
 duxi, (ne nimium tribuatur, aut cre-  
 datur iisdem, è quibus videlicet  
 haud pauci de Lithiasi judicare vo-  
 lunt, sed falluntur prorsus.) Eandem  
 ab acido corruptivo turbari intrep-  
 dè affirmo. Pro hac sententia insu-  
 per apertè militat consimilium aci-  
 dorum similis effectus, cùm tralatiti-  
 um sit, acetum lactis substantiam  
 reddere planè turbidam, ac crassam,  
 id quod videmus quoque in præpa-  
 ratione Sacchari Saturni, ubi com-  
 paria observare licet Phænomena,

pariter in Dysuria ac Stranguria e-  
 jusmodi crassa ac turbida colluvies  
 observatur, hinc fermentatio violen-  
 ta, quam comitatur ac efficit Acidum  
 destructivum, nebulosas quasi tene-  
 bras, atque spissam obscuritatem  
 fuscitat. Quapropter hujusmodi  
 densæ atque tenebricosæ impurita-  
 tes abstergi, ac aboleri solent per al-  
 bumen ovorum,  $\ominus$  commune,  $\triangle$  &  
 id genus alia, quippè ea apta nata  
 sunt, partimque possunt absumere,  
 ac quasi imbibere, partim resolvere  
 ac exterminare, aut potentioris lu-  
 minis formalis virtute subjugare ac  
 vincere acida, ac ea, quæ acredine  
 perturbant rerum crases. Sic porrò  
 notissimum est, oleum commune ad-  
 mixtum urinæ, eandem turbare,  
 quod etiam frigus hyemale facere  
 solet, quemadmodum cuivis innote-  
 scit, unde verò hæc perturbatio, nisi  
 ab aliquali & incipiente jam corrup-  
 tione? Procul dubio enim ea perver-  
 tit totius Urinæ substantiam, & per  
 con-

consequens pessundat substantialem,  
 ejusdem colorem: Corruptionem  
 verò ex acido præternaturali scatu-  
 rre clarius est, quàm ut dissimulari  
 aut negari possit, ulcerum corrosiva  
 acredo, ac purulenta facies,  
 Odontalgia ab acido adaucta, fer-  
 mentationes variæ ac ebullitiones  
 cum  $\nabla$  stygia sive forti institutæ,  
 proprietas (adventitia quidem)  $\text{O}$ rii  
 sublimati destructiva, universalis  
 corrodingis,  $\Theta$ lo crudo familia-  
 rissima, & hujusmodi alia pro mea  
 produci possunt sententia, suffraga-  
 tur quoque doloris natura in gene-  
 re considerata, quia dolor ab acido,  
 nascitur quamobrè Magnus I. B. Hel-  
 montius elegantissimè hâc de re dis-  
 serit, quando in sæpè cit. Tr. de Li-  
 thiasi, c. 6. n. 20. ita loquitur: Quare  
 etiam lotium turbidum, citraque a-  
 renas visitur in calculosis, dolor e-  
 nim classica est, quæ laticem unde-  
 cunque advocat occasionaliter, Uri-  
 nam peregrinò hospite admistò ac-

cendit, imò & TURBAT, & nisi prolixitatem nausearem, suppeterent varia adhuc exempla, spero autem neminem contrà sensuum fidem pugnaturum, nam eidem refragari qui volunt, parum aut nihil absunt à delirio.

His ira præmissis, tenuitatis urinosi liquoris causæ facillimè cognosci possunt, nam crassitie causâ sublatâ aut cessante Urina evadit tenuis ac pellucida, si enim liquor aliquis depuratur, aut defœcatur, tunc evadit tenuis, clarus, ac splendidus, & quò magis dephlegmatur, ceu Chymici loqui amant, eò magis attenuatur ac ad majorem evehitur subtilitatem. Confirmationis gratiâ adduco Spiritum vini, vulgò ità dictum, qui è frumento paratur, oleum Œri, Mel despumatam, succum Cydoniorum, Granatorum, aliaque similia, quæ ipsi corroborentur, quod de subtilitate ac tenuitate liquorum depuratorum nunc dictum est:

est:



fit coloris vox, ut nimirum proximus exprimatur ac innotescat color, qui in prædicto lotio nostro se offert conspectui) utpotè minus tinctum lotium designans. Ejus causa est acidum præternaturale, uti jam sæpius dictum, & id præter suprà dicta aliunde quoq; patescit ex effectibus ejus: nam tormina ac rosiones ventris, tenesmus, Calculus, (acidorum enim mos est se cum aliis coagulare,) Palpitationes cordis, &c. quæ omnia per acida augeri, exasperari ac induci, patet ex quotidiana Experientia, per albedinem urinæ patefiunt: Quoniam verò effectus est index causæ suæ, sicque indubium est, exinde optimam hauriri cognitionem causarum, operæ pretium est, ut ea, quæ hactenus de albedine urinæ, seu potius lotio minus tincto ac pallido dicta sunt, experientiæ accuratioris testimoniis, haud incertis jam confirmare a laborem: Agmen igitur observationum, quas hâc in re annota-

vi,





parati albicantem, cum aliquali tamen flavedine mixtam, (id quod post calefactionem ejusdem apparuit,) superior pars urinæ tum colore, tum consistentiâ similis erat  $\nabla$ æ puræ, præsertim circulus, per totam verò urinæ substantiam dispersa cernebatur aliqualis viriditas, Quid hæc significaverint, jam fidelissimè recensero (cui in seqq. quoque fiet,) patiebatur videlicet dolores pleuriticos, intermittentes tamen quandoque, Cardialogiam, in primis, post prandium ac cœnam, Asthma, cum exscreatione purulentæ atque cruentæ materiæ, quâ cessante hydropifis, antecedentia hæc Febris symptomata nimirum insequens aut subsequens, inflatio faciei, ac reliquarum partium Tumor emergebant, appetitu tamen incolumi. Hæc prolixius, recensitis quoque antecedentis morbi symptomatibus, describere volui, ut inde magis ac facilius innotesceret Hydropis cacoëthos, ac magligna indoles,

doles, plurimis stipata morbidis sa-  
 teilitibus: & ne incauti hîc simus in  
 iudicio urinomantico, calculum  
 pariter subministrat album, ut brevi-  
 ter alia quoque exempla subjungam,  
 consimilis Historia mulieris 54. an-  
 nor. in oppido Palatinatûs Solisba-  
 censis, Weidena itemque rustici u-  
 jusdam, annos 47. nati, in pago Preß-  
 feld / ditionis Bambergensis, suum  
 possidentis domicilium, nec non al-  
 terius cujusdam in districtu Norico,  
 pagi Henffenfeld / incolæ, singula hæc  
 nempe exempla id verificant in Pra-  
 xi, quod superius de  $\nabla$ sa, albæ sive  
 minus tinctæ urinæ indicio affirma-  
 tum fuit, ut jam prætermittam alia,  
 nimirum Cauponis cujusdam Nori-  
 ci, ut & alicujus Quæstoris Onoldi-  
 no Brandenburgici, &c. His subne-  
 ctere placet aliorum morborum se-  
 riem; Nam pariter per  $\nabla$ sum urinæ  
 colorem patefiunt Calculus, Stran-  
 guria, Febris continua, Palpitatio  
 Cordis & Epilepsia, quia vitiata sto-  
 machi

machi digestio hosce effectus, prout  
 varia diversarum naturarum ( quæ  
 pro varietate hominum quoque est  
 multiplex ) conditio fert, producere  
 solet, in Mævio enim Febrem conti-  
 nuam in Sempronio Epilepsiam, sic  
 quoque de cæteris cogitandum, ut  
 ideoque juxtà prædictum colorem  
 necessariò aliæ circumstantiæ in uri-  
 noscopia sint attendendæ, nempe se-  
 dimentis consistentia, ac color, levi-  
 tas aut ponderositas urinæ, circuli  
 urinosi tenuitas aut crassities, quæ  
 cùm certis non includi possint re-  
 gulis ob amplissimam varietatem, &  
 feliciter addiscantur exercitiò, quàm  
 ex libris, ( præsertim cum prolixitatis  
 vitandæ gratia hæc silentio involve-  
 re cogar, in auctiori editione hujus o-  
 pusculi, si B. L. placebit, plura datu-  
 rus ) prudentiæ cujusvis relinquenda  
 sunt. Interim consultius esse dico, ex  
 urina pronunciare saltem de hujus,  
 vel illius visceris imbecillitate, læsio-  
 ne, & perversa actione, quàm specia-  
 listimè è

lissimè hoc vel illud symptoma (non  
 verò omnia, hoc enim fieri nequit,  
 ex eadem determinare (quanquam  
 hoc exercitato non impossibile sit  
 Medico.) Sic medici minus exerci-  
 ti fama nihilominus servabitur, usq;  
 dum crescente tempore praxeos cre-  
 scat quoque iudicium urinomanti-  
 cum, cum prætereà notum sit, ex uni-  
 co signo diagnostico quale quoque  
 est urina, non plenam ac sufficien-  
 tem (quamvis haud pauca ex urina  
 cognoscantur, quotidiana praxi at-  
 testante) addisci morborum cogni-  
 tionem, huc etiam collimant verba  
 celeb. Wedelii; Præstat ex urina ju-  
 dicare interrogando, quàm deciden-  
 do. (vid. ejus Theor. Med. p. 3. sect. 2 n.  
 55. quod generatim hîc monendum  
 erat, sed ut pergam, certum est, Lithia-  
 sin per  $\nabla$ sum urinæ colorem indigi-  
 tari. Quod illustris Helmontius quo-  
 que observavit, vid. ejusdem Tr. de  
 Lithiasi c. 6. n. 8. & n. 16. ad stipulatur  
 Platerus l. 2. suarum observ. p. m. 434.  
 Quem.

Quemadmodum verò aquositas  
 urinæ aliorum quoque morborum  
 præsentiam, uti supra docui, prodit,  
 ita in hoc imprimis spectanda est ea,  
 quæ pingvia ramēta, carnosasq; fibra-  
 rum particulas, ac crassioris cujus-  
 dam substantiæ reliquias, coagulatae  
 materiæ nempe primordia designan-  
 tes, secum vehit, (copiam acidi cal-  
 culosi enim manifestant, à posteriori,  
 ceu Philosophi loquuntur,) neque  
 indistinctè, ac in universum negari  
 potest, arenulas aliquod indicium  
 hoc in casu suppeditare: quod enim  
 in prioribus adstruxi Monitum de  
 fallaci indicio earundem, cum hac  
 limitatione erit accipiendum, quòd  
 nempe arenulæ morâ temporis de-  
 mum contractæ nil indicent, quam-  
 obrem eruditè scripsit Fr. Zypæus in  
 Fund. Med. p. m. 332. P. V. fin. non sunt  
 illæ (arenulæ,) ut putât aliqui, semper  
 fragmenta majoris lapidis, sed con-  
 cretum  $\Theta$ lis quoddam in urina. At  
 verò majores ac magis conspicuæ,  
 qui-

qui-

quinimò statim cum urina (ante-  
 quam ulla temporis mora commissa)  
 emissæ, & tenaciores, ac magis visci-  
 dæ non sunt frustraneæ, sed plerum-  
 que calculum subesse innuunt: ex  
 his saltem cognitio instantis ac præ-  
 sentis calculi erit petenda, non ex il-  
 lis, accedit, quòd stranguriæ signum  
 quoq; sit urina  $\nabla$ sa, atque viscida, aut  
 potius pultacea, cujus veritatem no-  
 vissimè deprehendere (ut antiquiora  
 exempla sileam,) licuit in filio rusti-  
 ci Herclsbergensis, subditi Norici, ac  
 uxore civis cujusdam Noribergensis.  
 Quod Febris continua quoq; per u-  
 rinam pallidam, ac minus tinctam  
 indigiteretur, prout in antecedentibus  
 dictum, iterum famigeratissimi Hel-  
 montii testimonio demonstrare lu-  
 bet, is enim in Tr. Scholarum Hu-  
 moristarum Passiva deceptio insigni-  
 tò c. 4. p. m. 818. n. 20 sic scripsit: De-  
 mùm cur urina aquosa potius deliri-  
 um arguit in FEBRI CONTINUA,  
 quàm in interpolata, quàm in p. ta-  
 tore,


tore, quam in Lithiasi, quam in vitia-  
 ta stomachi coctione? nisi quia mors  
 est in hypochondrio, ubi febris etiam  
 tum! &c. Nec desunt testimonia ex  
 Praxi desumpta, annotavi enim ipse-  
 met exemplum puerperæ cujusdam,  
 propè pagum Selingen Pforten/ in di-  
 tione Neoburgica commorantis, quæ  
 transmitit urinam albicantem ac a-  
 quosam, valdè turbidam, ac crassam,  
 ea patiebatur insultus febriles cum  
 cardialgia deliriò aliquali ac dolori-  
 bus lumborù cõjunctos, pariter mer-  
 catoris cujusdam Itali, in Bamber-  
 gensis ditionis propugnaculo. Forsche-  
 heim versantis, is etiam hujusmodi  
 excrevit urinam, eaque, quæ jam re-  
 tuli, patiebatur incommoda. Epi-  
 lepsiæ indicem esse urinam confu-  
 sam, atque aqueam, testatur Rulan-  
 dus Cent. V. Curat. 5. observavi quo-  
 que istam sæpius in praxi, ac adduce-  
 re possem exemplum filioli epilepti-  
 ci, civis Lauffensis è Norica Provin-  
 cia,) aliorumque.

Pal.



Palpitationem cordis ac vitiatam  
 stomachi digestionem per sæpè di-  
 ctum signum ex urina desumptum  
 indicari, notissimum est, & si opuscu-  
 li præfixa brevitās concederet, per-  
 multis observationibus practicis id  
 probari posset, sed cùm plurimi Au-  
 thores suo testimonio hoc ipsum  
 confirmaverint, supersedeo sigillatim  
 exponere meas annotationes hæc in-  
 re factas, & B.L. ad eos ablego: nunc  
 ad alia me cōvertens. Cur verò Al-  
 bido ac  $\nabla$ fitas lotii hæc indigitet,  
 quæ jam fuere proposita? Mantissæ  
 locò libet inquirere: Est nimirum de-  
 fectus fermenti Fellis, (quod guber-  
 nat intestina, inspirat enim in ea su-  
 um odorem, ac spiritum, communis  
 enim ductus sive meatus BILARIUS  
 abit in intestini jejuni principium  
 vel circa duodeni finem. teste Thomâ  
 Bartholino in Anat. tertium Refor-  
 mat. lib. I. p. m. 97. C. XV.) heïc accu-  
 sandus, proxima verò causa est ster-  
 coreæ Tincturæ; quæ, ceu suprâ pro-  
 batum,

batum, colorem largitur lotio, inopia, diminutio, vel in alia loca transportatio, hinc enim flavedinis defectus, qui in urina tali observatur, emergit, atque hâc de causa exoritur corrosiva ejusdem aciditas, nam chylus, à quo separatur urina, non corrigitur, nec mutatur, uti debet in secunda digestionem, sed acidus permanet atque semicoctus; notum enim est excrementa alvi non esse corrosivâ acedine molesta, quando intestinalia valent, ac sana sunt. Sic quoque de urina judicandum, quæ ob identitatem materiæ his similis est.



### Caput. V.

**A**D FLAVEDINIS urinæ explicationem, atque scrutinium ordo jam deducit me; Etsi urinæ flavedo laudabilis, ac sanitatis nota sit, communique doceatur sententiâ, exinde integritatem actionum humani

humani

humani corporis innotescere, tamen non quævis, sed saltem ea, quæ nubeculæ conjuncta est, hunc meretur titulum: Et hæc iterum verificatur immortalis gloriâ dignissimi HELMONTII sententia, qui in Tr. Humoristarum passiva deceptio insignito C.4.n.7. hæc protulit verba: Et enim, ait, urina febricitantis flavior, quàm benè valentis: hujus tamen digestio, longè est vegetior, quod extra controversiam est, ergò sola urinæ flavedo, absque Eneoremate laudabili, fallax bonæ digestionis signum esto. Hucusque cit. Author.

Verissima sanè est incomparabilis Helmontii hoc quoque in capite doctrina! Quoad febres præsertim depromere possum ex collectaneis meæ praxeos quotidianis testimonia haud pauca: nempe producendo ea, quæ in viri cujusdam, incolæ pagi Schönberg (ditionis Onoldino-Brandenburgicæ,) qui feбри laborabat, itemque Norici cujusdam rustici,

Si,

ci, Lapidæ alicujus, Nobilis Palatini Ambergensis, Rustici Leitenbaco-Bambergensis, nec non incolæ pagi Dffenbohy in Palatinatu superiori siti, aliorumque curatione vidi, atque annotavi.

Dolores atque convulsiones intestinorum spasmodicas per eundem colorem detegi pariter certum est; sequentibusque insuper demonstratur experientiæ propriæ documentis, quæ in cive quodam Allersburgensi, ludi magistro quodam Eggloffsteinensi, Quæstore ac Præfecto dicti loci, molitore in Wagenhausen (propè Academiam Aldtorff, ut & in uxore Judæi, habitantis in pago Bambergensi Pressfeld / nec non in matrona quadam nobili, mediæ ætatis, pariter in cive Noribergensi, Nobili Solisburgensi Palatino, molitore Weisenburgico Provinciali, uxore Præceptoris Scholæ trivialis Aldorffinæ, aliisque obvenère mihi, ne verò, ut suprà dixi, reliqui, qui quoque per flavedinem  
utina

urinae designantur morbi confundantur cum hoc malo convulsivo, peculiariter attendenda erit sedimenti crassities ac albedo, quæ si conjuncta fuerit dicto colori, non facile decipiet quævisquam.

Crocea utpotè species flavæ, jam contemplanda est urina: ea verò innuit præsentiam Icteri, suffragante experientiâ, & passim pro certò recepta est signo, nam veritatem ejus, ut ex multis aliquos saltem adducam, agnovére clar. Wedelius Theor. Med. Part. 3. Sect. 2. n. 29. & Fr. Zypæus in Fundam. Med. P. 5. Art XV. p. m. 324. inseparabile ferè talis urina signum est Morbi Regii, nec potest aliter fieri, nam summa flavedinis abundantia ibi adest, & à flavescere, tanquam à potiori cognominatur.

Causa urinae flavæ est stercus humanum sive colluvies excrementorum alvi, huc referenda esse censeo, quæ in anterioribus jacta & allata sunt fundamenta, de vera urinae

C

Tin-

Tinctura ac genuina coloris urinosi origine, ne actum agam, Et quò major est copia excrementorum alvi per accidens exorta propter obstructions alvi diuturnas, aut extraversiones, sive exorbitantem transmissionem excrementorum in alienam messem, eò major solet esse flavedo: id quod in ictero evidentius apparet. Quamobrem calculo afflictorum urinæ hâc carent Tincturâ, ac ictero nunquam, vel rarissimè obnoxii sunt, eò quòd ob prædominantem acorem impediatur debita stercoreis elaboratio, ceu in Tenesmo, dysenteria atque colica quotidie experimur.



### Caput VI.

**E**Quidem non licet intactam præterire viriditatem urinæ, sive oleaginosum colorem ejusdem, frequentissimè enim conspiciatur in lotio, ea plerumque Phtisin, consumptionem, maciemvè corporis designat, si pura, ac homogenea, si  
verò

verò admixta est flavedo, arguit convulsiones intestinorum chronicas, ac inveteratas. Hancque sententiam quoad priora amplectuntur quoque Wedelius in Part. 3. Sect. 2. Theorem Medic. n. 23. Urina Oleaginosa, inquit, colliquationem notat malignam, aliique. Porro gracilitatem atque macilentam corporis attenuationem per prædictum urinæ colorem significari, è certa novimus experientia. Etenim sæpius ejusmodi ægroti Phtifici nimirum, ac graciles, exteriori saltem attenuatione corporis laborantes, meæ committebantur Curæ, qui tales excrevere urinas, e. gr. sutor in oppido Erlang, Baruthensis ditionis, item rusticus in pago Kottmannsdorff, Onoldino-Brandenburgici territorii, nec non mercenarius in Deining, circà urbem Bavaricam Neuenmark dictam sitò pagò, ut & senex quidam in Derelbach / (qui locus universitati Altdorff vicinus;) Nec in sexu foeminino aliter res se habet;

C a

nam

nam ejusdem coloris vestigia satis notabilia deprehendere licuit in urina filiaë Patricii Noribergensis, uxoris rustici cujusdam in Kornburg/ muliere Streitbergensi, &c. Unde de facili simul, & conjunctim perspectum habebimus, cur colliquatio, (sive majoris sive minoris sit gradûs, scilicet consummata ac incipiens Phthisis, nam utraque per viriditatem urinæ detegitur, etiamsi major ac intensior viriditas majorem ac magis universalem vehementioremque consumptionem corporis patefaciat, quod obiter annotandum duxi,) per viridem urinam innotescat.

Viriditas enim urinæ descendit ab Acido quodam colliqvativo, ac putrefactivo, & quamvis hoc assertum communi D.D. votô non cõcludatur, tamen veritas experimentalis omnes facilè evolvit dubiorum tricas: nam Salia metallica, mineralia atq; alia, quæ corrosivâ suâ qualitate, destruunt, quicquid illis obvium, viridi pollent colore immatura quoque  
vege-



vegetabilia viridia sunt ; quamobrem cum Nigredine singulari affinitatis nexu colludit prædictus color, illa verò inest ut plurimum acribus agrestibus, sylvestribusque subjectis, tam in regno minerali, quàm in vegetabili obviis, quod vel tinctoribus pannorum, ac iis, qui saltem atramentũ scriptorium conficere norunt, notissimum. Præ cæteris autem notatu dignissimum est, in Lapidis Chrysopoei præparatione atrum, simulac subviridem colorem sub initium putrefactionis Ph. observari, quod unà cum genuinis Artificibus, atque Adeptis, hujus rei mentionem facientibus in Tr. suis, singulariter notavi, sæpiusque admiratus sum cum insigni delectatione. Patet ergò similiter ex Tinct. Univ. præparatione id, quod proximè præmissis experimentis corroborare non dubitavi. Dantur quoque plura experimenta, queis hoc demonstrari posset, sed heic oportet pedem retrahere, alia enim adhuc restant trutinanda.



*Caput VII. & ultimum.*

**A**D umbilicum ut perducatur  
 Urinoscopia hæc Diagnostica,  
 (Prognostica enim sunt extrâ  
 pomœria nostra, & scopum præfi-  
 xum, eùm prætereà decreverim singu-  
 larem iisdem elocare operam in pe-  
 culiari Tr.) superest RUBICUNDUS  
 urinæ color, adhuc, quantum institu-  
 ti ratio permittit, delineandus ac ex-  
 ponendus: Testatur autem is præci-  
 puè de Hepate ac cruore, juxtâ gene-  
 rosissimum] B. Helmontium in c. 6. n.  
 20. qui de rubedine Boli urinosi hæc-  
 ce enunciat prædicata: quapropter  
 febres ardentes intensiores ac vehe-  
 mentiores (nam leviores ac minori  
 impetu affligentes per flavedinem  
 indignantur) designare solet, prout  
 crebrius observavi, hujus signi fe-  
 brilis in primis meminit Felix Pla-  
 terus in Observ. suarum lib. 2. p. m.  
 267. 284. 287.

Idemque sæpius allegatus Wede-  
 lius

lius refert in Theorem. Med. P. 3. sect. 2. n. 31. & 33. Pariter Hydropem consummatam ac perfectam nimirum comitatur, Helmontius enim in Tr. ignotus Hydrops n. 14. dicit: Cruor hydropticorum, prout & urina essent valde aquosa, si hydrops frigidae intemperie iecoris esset. Non autem esset urina adeo subrubens, & CRUENTA. Hactenus praedictus Author. Est nimirum sanguis extravasatus, & per furibundi Archei ab ira, aut contagionis morbidae veneno accensum, ac ad fermentationem ebullientem aut effervescentiam quasi pertracti, ac irritati, impetum extra Venas ejectus, moras trahens circa praecordia & onerans ea in febricitantibus, in hydropticis vero nutrimentum partium unde quaque inficiens, inquinans, atque corrumpens, unica atque genuina causa Occasionalis & Procatartica Causi & Hydropisis colliquativae, Ascitis potissimum, hinc, ut ad Febres ardentes redeam, cruentum sputum, exscreationibus purulentis quando-

que stipatum, aliaq; indicia sanguinis corrupti ac extra orbitam acti ibi sæpiùs deprehendere licet, ceu infra quoq; patebit, in Ascite verò, ob affinitatem, quã copulatur haud rarò illis, (eam enim post Febres intermittentes etiam observarunt Lotichius obs. l. 4. obs. River. c. 2. obs. 65. C. 3. obs. 16. & 23. atque alii plures. febribus acutis supervenit quoque secundum Zac. Lusit l. 2. hist. 122. item Malignis, juxta Poterium (i. e. 87. & incomparabilem Helm. Tr. ignotus Hydrops, §. 29. nec refragatur quotidiana experientia) idem reperitur vitium sanguinis: sic, ut res evadat clarior, Ascitem post hæmorrhagias nimias & frequentes ex Borell. c. 1. obs. 70.

Post phlebotomias in consideratius institutas. Poter. C. 1. cap. 2. Vomitus sanguinis River. obs. comm. p. 265. Mensium & hæmorrhoidum nimium fluxum. Zac. Lusit. l. 2. de Med. Princ. hist. 116. hæmorrhoides suppressas, Rhod. C. 3. obs. 5. & demum  
post

post mensium suppressionem. River. obs. communic. p. 316. advertere ac notare licet & expedit. Quemadmodum verò Archeus præcordiorum haud parum perturbatur in æstu febrili fermentativo, tantaque ferociâ furit, ut sanguinem circumjacentem qualitercunq; coagulet, materia verò coagulata virulentam suam malignitatem cæteris quoque communicare solet visceribus, nobilioribus præsertim; ita etiam in Hydrope contingit fermentalis contagio ac infectio, quæ nimò perturbatio spiritus Renum (nam urinæ excretio plerumque impeditur aut deviat ibidem, ad alias eandem transmittens vias, ceu è Praxi novimus) insiti, (eorundem Directoris) è cruenti miasmatis colluvie emergens, atque acidò suò colliquativò ac corruptivò, (quò effectù potissimum gaudet, id quod sæpiùs videmus atque adversimus,) Carnem resolvens in  $\nabla$ sum liquorem: singula hæc illustratur seqq. Praxeos meæ  
(ad

( ad quam ideò toties provocavi ,  
quia manibus meis oculatis tutius  
fidere possum, quàm aliorum ) testi-  
moniis , & primò Febres ardentes  
quod attinet, ex Practicis Ephemeri-  
dibus meis copiosè, ( senecessitas ex-  
igeret, ) probare possem, quòd ruti-  
lantes, ( cum aurea, quod notandum,  
flavedine interdum mixtæ, hinc ve-  
rissimè colligitur etiam aureas uri-  
nas non semper bonis accenseri posse  
signis ! ) Urinæ indigent febris ar-  
dentis præsentiam, e. gr. uxoris rustici  
cujusdam in pago Neuchling / non  
procul ab urbe Norica, Hersbruck / di-  
stante degentis, Rustici, incolæ pagi  
Wagenhauff n / oppido Altdorff vicini,  
itemque febricitantium quarundam  
mulierum in pago Neuhoff / Schwar-  
zenbruck / oppido Lauff, urbe Solisba-  
censi, &c. Urinæ talem exhibuere co-  
lorem, Tacebo jam Murarii, Coloni  
partiarii aliorumq; exempla, quæ in  
vicinia observavi. His addenda ad-  
huc singularis aliqua observatio, quæ  
à me solâ quoque & experientia hau-  
sta

sta

sta fuit, sc. Rubicundum colorem ac intensam flavedinem, nubeculâ verò carentem, ac laudabili consistentiâ, frequentius designare confusionem ac inordinatam, & planè perversam stomachicæ digestionis administrationem ab Archeo nimirum furibundo factam, quapropter Appetitûs prostrati & interdum sitis intensioris vel vehementioris (quæ quoque in ventriculo locatur, quia, ut unicum saltem adducam, salforum difficilis concoctio ciborum sitim exacerbare solet) signum haud fallax suppeditat.

Quod deniq; Hydropisim concernit, sciendum est, uti antea quoque dixi, per prædictum colorem eam pariter manifestari, demonstrationis gratiâ heïc iterum proferre possem plurima in meis Ephemeridibus consignata exempla propriæ experientix, nempè uxoris Mechanici cujusdam Noribergensis, Nobilis Palatini aliorumque, sed quia hæc plerumque comitatur aut insequitur febres ardentes

dentes, sicque uterque affectus morbidus affinitate peculiari jungitur, supervacaneus esset labor, qui in pluribus aliis adducendis versaretur, His igitur pro ingenii modulo breviter (ne ingrata prolixitate B.L. molestus essem,) collectis finem impono, meliora monstrantibus cedere paratissimus, interea verò sæpius firmatae ac corroboratae experientiae, & solidis (quæ partim ex aliis hausi partim proprio excogitavi Marte) ratiociniis hæc propositis constantissimè inhærebo. DEO OPT. Max. gratias agens immortales pro clementissima suâ præsentia, gratiosissimoq; suo Adjutorio, qui porrò suâ Benedictione hæc levidenses & ulteriores irrorare velit Meditationes meas, ut proximo interserviant juxta beneplacitum suum benignissimum: sic voveo, sic opto, talisq; mihi præfixus est FINIS.

*ILLI SOLI LAVS ET HONOR  
SIT IN ÆTERNVM.*





Pathogen 720



[A small, rectangular, light-colored label is affixed to the bottom right corner of the book cover. The label is blank and appears to be made of paper or vellum.]